

Alte Drucke

**IDYLLION. || IN NATALEM DOMI-||NI AC SALVATORIS
NOSTRI || IESV CHRISTI, SCRI-||PTVM || A || STEPHANO
SCHRA-||DERO HELMSTA-||DENSI. ||**

Schrader, Stephan

Ienae, 1566

VD16 ZV 30856

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149304

131

IDYLLION
IN NATALEM DOMI-
NI AC SALVATORIS NOSTRI
IESV CHRISTI, SCRIP-
TVM

A

STEPHANO SCHRA-
DERO HELMSTA-
DENSI.

IENÆ

*Impressum in Officina Typographica Donati
Ritzenbains, Anno salutiferi Partus
M. D. LXVI.*

PRUDENTIS SIMIS VIRIS VIR-
tute & sapientia præstantibus Consulibus & Senatoribus Helm-
stadenſibus, Dominis ac Patronis ſuis obſeruandis.



Ore uolens vatam dulces inuiſere Nymphas,
Hic ubi ſtridenti murmure Sala fluit.
Vocibus vna refert blandis miſſima ver-
Et nitidis undis exerit alta caput. (ba,
Leucorides Nymphas quoties inuiſere iuuat
Te iuuenem? Quoties viſere noſq; cupis?
Sæpius id facies, nobis non diſplicet illud,
Sed gratum nobis, ſi facis, illud erit.
Attonitus ſtabam, non vllaq; verba referre,
Huic Nymphæ poterat lingua retenta metu.
Illa videns tremulos titubantis corporis artus,
Atq; velut muto verba deeſſe mihi.
Accedens propius, recreat me dulcia voce
Verba ferens dulci: nil timuiſſe velis.
Namq; tibi ſauco, tibi nil nocuiſſe laboro,
Aoniꝝ fontis ſed reſerare fores.
Rideo clām, riſus ſed corripit illa, reſoluens
Ora: meis dictis credis abeſſe fidem?
Nulla tibi ſupereſt Muſarum cura? nec altam
Optas Aonio fonte leuare ſitim?
Aonidum prorsus curam dimittere noli,
Dulcia ſed Phæbo pocula dante bibe.
Ingenijq; tui quedam fac fama ſuperſit,
Te quia vult Phæbus, Pieriusq; chorus.
Ac ubi perſuaſum me vidit Nympha, Valeto
Dixit, & hos monitus ſpontè memento ſequi.

Nec mora longa, caput, quibus extulit antè reflexum,
(Dicta fidem referunt) prona recondit aquis.

Ipse petens loca quæ, strepitu sine, tuta putabam,
Mandatum reputo quod mihi Nympha tulit.

Incipioq; leues numeros intendere neruis,
Sollicita cura, nec benè cedit opus.

Namq; Pharetrati cùm blanda Cupidinis arma
Carminibus conor dicere forte meis.

Nympha redit prior illa vadis post terga relictis,
Meq; parat blandis sollicitare modis.

Quid iuuat obscænas cecinisse Cupidinis artes?
An quoq; captiua vincula mente feres?

Desine, furtivæ Veneris nec iussa capeſſe,
Et quæ temporibus sunt magis apta cane.

Annua natalis redierunt tempora Christi,
Tempora digna sacra quæ modò voce Canas.

Meq; volens minimè Nymphæ posuisse rebellem,
(Morigerum Nymphæ legibus esse decet.)

Incipio Christi natalem dicere versu,
Antè suæ vitam, qui genitricis erat.

Illius & turpi castam sine labe parentem,
Angelicusq; chorus, quod dedit ore Melos.

Quod cecini, vobis Dominis hinc offero, carmen,
Quos penes est patrij, cura fidesq; soli.

Si vobis placido iuuenilia carmina vultu
Tollere mens fuerit, plura deinde canam.

V. Sapientiæ addictiſſ.

Stephanus Schraderus
Helmſtadensis.

I D Y L L I O N

In natalem Domini ac Saluatoris
nostri Iesu Christi.

Colloquutores :

Corydon. Thyrsis. Angelus

C O R Y D O N.

Vesper adest, & sol paulatim mitigat aestus,
Nubibus in bibulis sua lumina elara recondens,
Et iam rore madent herbæ stillante per arua,
Ac densæ celsis sparguntur montibus umbræ.
Thyrsi decus nemorum pecus includamus ouili.
Et facilem tenui Musam meditemur auena,
In gelidis olim cecinit ceu Tityrus umbris,
Sub fago resonare docens Amaryllida sylvas.

Thyr. Semper ego lætor calamos inflare sonantes.
Ergo si tibi fortè placet, deponere tecum
De grege nunc ausim quicquam, quod victor habebit,
Me quia non fugiunt Musæ, neq. doctus Apollo,
Est mihi disparibus compactaq. fistula cannis.

Cor. Pana canam, reliquos inter qui summus habetur,
Qui mare, qui cælum, terram qui flectit habenis.
Ille etenim nostrum tutatur ouile gregemq.,
Et premit horribiles tonitru reboante Tyrannos.

Illeq.

Nunc interſua, mihi, eſt & quanta videre voluptas
Natum Ieſſei regem Dauidis in vrbe,
Et reparatorẽ vitæ lapſæq; ſalutis.
An non commoueat mortales talia ſigna?
An non exoptent homines hæc cuncta videre?
Mater virgo fuit, poſt partum virgo remanſit.
Vnica progenies nec non generoſa Tonantis
Æterni, ſumit mortales corporis artus,
Vt luat ob noſtrum crimen cum ſanguine pœnas.
Et tamen haud linquit prorſus conſortia Patris,
Quod fuit antè, manet, quod non fuit, hoc ſibi ſumit,
Eſt Deus eſt & Homo per ſecula cuncta futurus.
Cor. Chriſte puer caſta Maria de virgine nate,
Magnus amor noſtri poſtquam te traxit Olympo,
Vt caperes fragiles humani corporis artus:
Lingua poteſt quænam ſatis hæc tua facta referre?
Quæq; poteſt meritas laudes tibi dicere lingua?
Chriſte tui viui Patris immortalis imago,
Te precor, illuſtres, denſa caligine preſſa
Pectora noſtra, tui ſacrati flaminis aura,
Vt tua gratanter prædulcia munera noſcant,
Teq; vocent verum Dominum cœleſtis Olympi,
Et quòd ſis noſtræ ſpes vnica Chriſte ſalutis.
Et quoniam fragilis ſumis tibi fœdera mæſſæ,
Agmina quò ſemper ſerues adamata piorum,
Quæſumus, vt nos defendat tua dextera fortis,
vniuis ſpargantur longè latèq; patentem
Et tua per mundum, magnæ præconia laudis.

F I N I S.

Contra Pestem nunc temporis
in vniuerso penè terrarum orbe
grassantem, Ex 91. Psalmo
Dauidis Precatiuncula
eodem S. S. H.
Autore.

MI Deus, astrorum residens fulgentibus aulis,
Ob Gnatum nostri iam miserere tuum.
Summa tibi rerum decedit ubiq; potestas,
Auxilijq; vias, tu dare mille potes.
Criminibus diris obnoxia turba rogamus
Te, nunq; nobis nam renegabis opem.
Respicias casus nostros, fluctusq; malorum,
In quos demersi, perdita turba, sumus.
Tu solus nobis robur, tu solus Asylum,
Et solus rupes, solus & arma venis.
Ex venatoris laqueis nos eripe, pulla
A nobis Stygij pelle venena Lupi.
Noxia lethiferae pestis contagia, morbos,
Fac procul ad Stygios hinc abiisse lacus.
Turba tuo sancto fac tegmine libera simus,
Sis nobis arx, Dux, bellica parma, Salus.
Nos tua defendens mitis clementia semper,
Non vnquam petimus deseruisse velit.
Vt Gallina suos astrarum tegmine condit
Pullos, his mitius cum struit insidias:

fic tua

Sic tua firma tegat sacro nos tegmine dextra,
Cum mala nos duro tempore sæua manent.
Et procul à nobis noctis depelle pauores,
Tortaq. quæ clara spicula luce volant.
Et pestem pede quæ lento spaciatur & errat,
Discute, ne vincens corpora nostra premat.
Atq. luem, quæ dira suo nos implicat ori,
Quæq. solet media luce vorare, fuga.
Est tua magna Parens, est formidabilis ira,
Et mala patrantes igne vorante rapit.
Hinc venit humani generis quod portio magna
Morte repentina graminis instar abit.
Graminis instar abit, præsentī luce quod hortis
Mirificè floret, luce sequente cadit.
Fac tua ne bonitas lethæa obliuia potet,
Iudicio semper mitis adesto tuo.
Te Patrem nostrum semper fore credimus, & nos,
Numinis immoti pignora chara tui.
Æthereis mandata tuis & ferto ministris,
Vt procul amoueant, dira venena, luem.
Illorumq. fac vt manibus gestemur ouantes,
Quando quisq. suum carpere tentat iter.
Facq. regant nostras plantas in tramite quouis,
Voce tui verbi ne titubanter eant.
Cladibus oppressi miserè, te poscimus omnes,
Omnibus vt nobis mitis adesse velis.
Rebus in aduersis ad te clamamus Iesu,
Fac quoddam nostras pondus habere preces.

Fac nos

• *Fac nos eripias miseros de sorte maligna,
Lethiferæq; necis spicula dura preme.
Ingens fac miseri tandem tua gloria simus,
Luceat in nobis fac decus omne tuum.
Et fac nos vidisse tuæ bonitatis amorem,
Nec nos bile tua succubuisse sinas.
Longaq; felicitis da nobis stamina vitæ,
Quilibet ut viuus te celebrare queat,
Spiritus atq; tui gremij fac scandat in aulam,
Cum Parcæ digitis lumina nostra tegunt.*

F I N I S.

